



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

CCCLXXXVIII. Bischof Martin von Camin gestattet den Kirchweihtag der Prenzlauer Pfarrkirche zu verlegen, am 10. Mai 1514.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

CCCLXXXVIII. Bischof Martin von Camin gestattet den Kirchweihstag der Prenzlaue  
Pfarrkirche zu verlegen, am 10. Mai 1514.

Martinus, dei et apostolice sedis gratia Episcopus ecclesie Caminensis, Vniuersis  
Diuinorum Rectoribus pro nunc et Infuturum apud ecclesiam parrochiam beate Marie virginis  
opidi prenzlow nostre dioecesis existentibus ceterisque presbiteris, clericis et laicis dicti opidi  
Salutem in domino. Cum iam prisca temporibus a predecessoribus nostris dedicatio ecclesie beate  
Marie virginis, de qua supra, Dominica ante festum Natiuitatis sancti Iohannis baptiste quotannis  
obseruanda, frequentanda et celebranda Instituta existit, licet minus conuenienter eo, quod Ipsam Octauae  
festiuitatum, signanter beatorum petri et pauli apostolorum, uisitacionis sancte Marie virginis et quo-  
que corporis christi, vt reuolui et peragi honorifice et laudabiliter non possit Impediunt, Nos quidem,  
Volentes, vt Institutiones octauarum designatarum nullo ecclesiastico obstaculo subint et dedicationis  
gloriosa festiuitas In totum sit decora, Ad supplicationem et deuotas preces honorabilium virorum  
et sacerdotum dicte ecclesie et parrochie id Ipsum dedicationis festum ex causis premisis aliisque  
nos ad id mouentibus a die sue Impositionis primaria Vsque ad dominicam proximam post festum  
sancti Dionisii singulis annis de cetero cum sua octaua solemniter celebrandum transferimus Dei  
nomine per presentes harum serie litterarum, Mandantes, quod dicta dominica post festum sancti  
dionisii, vt premititur, proxima deinceps sub merito Indulgentiarum solitarum festiua sit, teneatur  
quoque et obseruetur. In cuius rei testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Da-  
tum Prenzlow, anno domini Millesimo quingentesimo decimo quarto, Die vero Decima Mensis Maii.

Nach dem Originale des Prenzlaue Stadtarchiues.

CCCLXXXIX. Bischof Erasmus gestattet der Stadt Prenzlau, auf Antrag vom 24. Februar,  
die Verbindung eines geistlichen Lehns mit dem Rectorat der Schule, am 25. März 1528.

Reuerendo in Christo patri et domino, domino Erasmo, dei et apostolice sedis gratia  
Episcopo Camminensi, prothoconsules et consules oppidi prenzlow honoris et reuerentie  
sedulam et promptissimam exhibitionem. Cum enim iuxta sanctiones Canonicas nemo propriis te-  
netur militare stipendiis, Et qui publicis offitiis presunt prouideantur aliunde rationi consonum est,  
vt oneribus, quibus presunt et existunt, diligentius intendant, Ob id Reuerende paternitati vestre,  
de qua confidentiam gerimus non paruam, significamus, Quod Rectoratui Schole nostre Ciuitatis ad  
Scholasticorum rectoris vtilitatem pro tempore existentis applicamus beneficium vnum in Capilla  
Sanctorum apostolorum Simonis et Jude Ecclesie parrochialis beati Nicolai Episcopi annexa in ho-  
norem Sancte Brigitte vidue fundatum, erectum et consecratum, Cum duodecim florenis ex Camera  
de minsa annuatim subleuandis Tamquam manuale seu temporale applicamus, Cuius quidem Bene-  
ficii Dominus Bartholomeus pletz, prememorato Ciuitatis prenzlow Scriba, existit possessor et per  
preces nostras Consulatu prefate Ciuitatis libere resignauit, Quatenus Rector Scholasticorum pro